



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

VI. De Electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

nam: sed quod Presbyteris & ceteris inferioribus illa non conceditur. Ridiculum enim esset cogitare, Episcopis illa quidem permitti, Archiepiscopis & Primatibus qui Episcopos praelunt, eadem denegari.

Papa est ordinarius omnium ordinatorum, & Ecclesia Romana omni ecclesia sublimior.

Ceterum autem Petrus Apostolus primus fuit Apostolorum, ita & Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituta, prima est & caput ceterarum: & qui illi praeest, ceteros Episcopos antecellit: unde ad eam, tanquam ad matrem, atque apicem, omnes majores Ecclesiarum & Episcopi recurrunt, a qua quasi a quodam capite dona velut in corpus omne diffunduntur. Ipsa autem tanquam omnium magistra, celsiore sede residens, a quoquam iudicari non potest. Quinimo velut temporales omnes extra arcem positi diluvii vaditate consumpti sunt, sic extra Petri naviculam constituti, aeternae damnationis fluctibus obruentur.

DE ELECTIONE. TITVLVS VI.

Quibus modis creatur Episcopi.
Reuertitur autem tam Episcopi, quam praelati ceteri, aut per electionem, aut per postulationem.

Quid sit electio, & quod ad unum jus eligendi habeant, alii debent, alii non valent eligere: & non citatus potest habere suam electionem.

Ceterum, ut prius de electione dicimus, Electio nihil aliud est, quam hominis alicuius ad dignitatem, vel functionem societatem Canonice facta vocatio: nam cum videtur providendum est Ecclesiae, debent cuncti, qui eligendi ius habent, legitime citari, ut electioni intererint. Quod si vel in unius persona fuerit id ommissum, iram reddidit electionem talis ommissio. Saepae etenim electio est, magis hac in re unius obesse contemptum, quam multorum contradictionem: plane si is, qui citatus non fuerit, ratam adveniens habere velit electionem, confirmandam erit electio.

Alius potest non de capitulo votum suum demandare, h. d.

Et si quis casu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum suum uni vel pluribus de capitulo demandare minime prohibendum erit.

Constitutio aut eligendum non potest unum procuratorem, aliumque nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona.

Et si tentum uni votum suum quis demandaverit, & in unum suo, alium mandantis nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit, nisi de certa eligenda persona mandatum acceperit: quo casu illam mandantem, in aliam suo nomine iure consentire poterit.

Quibus procuratoribus ad eligendum datus in solidum, non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis: & si non appareat de prioritate in occupando, praepositur electus a capitulo, vel primo nominatus in procuratore, h. d.

Quod si pluribus e in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere possent in diversos, sicque res non haberet exitum) sed erit occupantis melior conditio: & si concurrant, ut inter eos prior non appareat, is admittetur dumtaxat, quem vel capitulum vel pars major elegerit, vel si concordare nequeant, is qui primus in instrumentum vel literis procuratoris nominatus fuerit.

Quo passim plures deputari ad eligendum non in solidum, h. d.

Si autem plures non in solidum constituti fuerint, eadem ratione nullus eorum admittendus erit, sibique mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

Non potest votum in electione reddi per literas.

a Ca. anis. ext. de prius. b Ca. quod sit. in prin. d. tit. de elec. c d. e. quod sit. in prin. d. C. si quis iusto. h. por. de elec. in 6. e C. si quis iusto. in prin. de elec. in 6.

Sed cum absens reclamante capitulo extraneum constituitur nequeat, videamus an si nullus de collegio velit esse procurator, saltem per literas votum suum reddere valeat? & sane, cum non ante electionem, sed in ipsa electione secrete & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimentia, per literas reddi non poterunt.

Significatio illa non habet locum in electione Papae, in qua multis sunt scrutata, h. d.

Sed haec quidem in aliorum Episcoporum, non in Romani Pontificis electione obtinent. In huius enim nec ulla necessaria est citatio, nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta sunt, quae ex Decretalium libris decentius est quam hic, accipere.

Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem, & quod laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur eligere, h. d.

Celebratur autem electio tribus modis, scilicet per inspirationem, per scrutinium, & per compromissum: per inspirationem, cum electores nullo precedente tractatu, quasi divini Spiritus impulsu simul omnes in unum repente consentiant, & simul unum nominant. quod si forte laici prece vel precio & corrupti alicuius concordibus clamoribus petant, is non tam per inspirationem, quam per nefariam conspirationem nominatus, omni penitus electionis fructu merito carere debet.

Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, & qui sunt scrutatores, h. d.

Per scrutinium fieri dicitur electio, cum praesentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, tres de collegio fide digni assumuntur, qui secrete & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in scripturam redacta publicant. Quo facto collatione habita, is demum censetur electus, in quem vel omnes, vel major & sanior pars capituli statim consenserint.

Pars minor eligentium, ad infringendam maiorem partem electionem, potest opponere de propria auctoritate ac seculo, & de merito electi, h. d.

Quod si eligentium vota ita se differant, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quae non minus ex auctoritate eligentium, quam ex meritis electi favor appareat, ad infringendam partem numerosioris electionem facultas erit minori, & de auctoritate ipsorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

Contra electionem factam a duobus partibus, non potest opponi, nisi de nullitate votis aliorum eorum dictorum partium, h. d.

Haec tamen tunc obtinebit, cum non magnus in altera parte contigerit excessus: ceterum si quando e duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo major numero deprehendatur, contra huiusmodi electores ad extenuationem meriti vel auctoritatis ipsorum, paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquam, si quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum ipso iure redderet, id eis minime censetur interdictum. Vocantur autem viri tres de collegio sumpti, scrutatores, eo quod singulorum vota diligenter scrutentur.

Quomodo per compromissum celebratur electio, & quod arbitri non servantes formam compromissa nulliter eligunt, h. d.

Per compromissum celebratur electio, cum plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & potestas transfunditur, qui arbitri compromissi fines diligenter custodire debent, scilicet, si quid non secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse iuris effectum.

a C. perpetuo ubi praesumpti. i. Electio de elec. in 6. b Can. se ergo i. q. i. c. 2. de elec. extra. c C. si quando conigerit. de elec. in 6.

Potestas arbitrorum non expirat re non integra, etiam non secunda electione. h. d. Quid si intra terminos confiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, ut etiam non secunda electione, re tamen non integra, demandata sibi potestas revocari non possit. Ostendimus quibus modis electio celebretur: consequens nunc est ut videamus, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio.

QUI ELIGERE, ELIGIVE POSSUNT. TITVLVS VII.

Quibus ius eligendi competit. h. d. Vs igitur Prælatum eligendi ad Canonicos hodie, & ad viduam Ecclesiam pertinet collegium. Sed & si qui consuetudine, vel prescriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti, ab electione minime sunt excludendi.

Impuberes, & non constituti in sacris non possunt eligere. h. d. Sed neque in pupillari ætate constituti, neque ii qui sacris ordinibus non sunt decorati, sunt admittendi. Absurdum enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, ii quorum nullum est animi iudicium, & ad sacra tractanda, ii qui nondum illa attigerunt, assumerentur.

Excommunicatus minor excommunicatione eligi: scilicet non potest.

Illud quæsitum est, an excommunicati ad eligendum admitti possint? Et sanè, si minoris excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non sunt: Anathemate autem percussis, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

Suspensus a canone eligi: scilicet ab homine. In suspensio quoque non ab similibus obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispensationem suspensus sit, electioni interesse minime prohibetur: si verò per iudicis sententiam, anathematizato similis habebitur.

Eligere a superiore prohibiti, absentes, hæretici, non possunt eligere.

His quoque & illi annumerari debent, quibus à superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse docuerint, aliis de capitulo votum suum demandare, secundum ea, quæ proximè b exposuimus, minime sunt prohibendi. Hæretici autem, vel non Catholicis, in distinctè ius eligendi admittuntur.

Ob non servatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem. h. d.

Interdum tamen accidit, ut ii, quibus ab initio ius eligendi competit, eo iure postmodum priventur: ut puta, si qui aliter, quam per præscriptas formas, eligere tentaverint: Item, qui per tempus constitutionibus diffinitum in eligendo negligentes fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

Electio facta de indigno, ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem.

Lia sanè e causa eorum est, qui scientes indignum eligunt, aut postulant: nam licet & ii eligendi iure priventur, id tamen non ad Primate, aut Archiepiscopum, sed immediatè ad summum Pontificem devolvitur.

Laiici non possunt eligere. h. d. Laiici d quoque etiam si Principes sint, nullo neque consuetudinis, neque prescriptionis, neque conventionis iure ad electionem aspirare permittuntur. Patroni tamen, circa jam factam electionem, non indecenter postulant assensum.

a C. in causis. ext. cod. tit. b supra tit. preced. §. sed est qui. c d. e. quoniam. d d. c. sacrosancti. in fi. & ca. cum terra. in fi. cod. tit. cap. nobis. ext. de iure pa.

Qualem Episcopum esse oportet. h. d. Poteat autem eum, qui in Episcopatu eligendus est (cum Ars sit artium, regimen animarum) vere candidum, literis instructum, corpore integro, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, comendabilem, secundum ea que latius infra a dicitur sumus. Si enim ad seculares honores, & sine distinctione meritorum indignum est pervenire, & necesse est, ut diligens ac prudens habenda est dispensatio inter meritum, & Ecclesiasticarum dignitatum.

Minor triginta annis, excommunicatus, schismaticus, & non constitutus in sacris, & schismaticus non reatitatus, non possunt eligi.

Igitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promovetur, adest, annos natus esse debet non minus triginta, in ea ætate Dominum e & baptizatum esse, & communitatem fuisse legitimum: alioquin si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem d ius est in iis, qui excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii e, qui in sacris ordinibus non sunt constituti, & subdiaconi, neque schismatici eligi debent.

Eligentes indignum per trimum eligi non possunt. h. d. Illi quoque qui scienter indignum eligunt, non debent eligendi potestate privari: sunt verum etiam perennium, ut ab aliis eligi possint, & ipsi in habiles redduntur.

Neophyte non possunt eligi. Neophyte g quoque in Episcopatu ordinari prohibentur: indecens est enim, & valde impropositum, fieri magistrum, qui nondum didicisse, & discipulum appellatur autem Neophyte h, qui propostum suam religionis noviter a sum pserunt.

DE POSTVLATIONE. TITVLVS VIII.

Quid sit postulatio. h. d. Postulatio i est eius, qui eligi non potest in prælatum, concors capituli facta petio.

Qui non animi vel corporis, sed dicit non potest eligi, puta minor XXX. annis, vel hinc, post p. d.

Sciendum est enim, quodam est qui quæritur, & non possint, postulari tamen minime prohibentur. Quæ res ita videtur postulare commode diffini, ut quæritur que non animi vel corporis vitio, sed ob viciam defectum qualitate eligi impediantur, idem tamen postulari possunt. Ex hoc apparet k, eum, qui irregularis auctoritate non complevit, item in minoribus ordinibus constitutum, aut laicum, item naturalibus laicum d, ius eligendi non possint, postulari tamen posse.

Episcopus & electus debent postulari, non eligi. Item, & alii superiores. h. d.

Episcopus m quoque cum proprix sit allegatus, & ad aliam transitum facere non potest: in precepto non eligendus, sed postulandus erit. Non item laicus est n in Abbatibus, & ceteris Prælatibus inter Episcopos dignitatem constituit: isti enim, licet propter laicitatem videantur alligati, nihilominus eligi possunt: propositum tamen non delerunt monasterium, nisi licentia superiorum impetrata.

a Infra, de rat. & homine. b in eum in unum. ext. de elec. c can. Presbyter. dist. tit. d sed est. in fi. dist. de seq. e can. de Synod. in fi. dist. de elec. d nullus de cap. qualitas. f eum in coitu. §. §. e. can. Invenit. §. §. inquisitionem. ext. de elec. g can. dist. tit. h can. in dist. i gla. ver. vera postulatio. c. de postulatio. c. i. §. §. si. ext. de postula. & c. capentes. h. de elec. de elec. i. §. §. innotuit. ext. de elec. m d. cap. nisi. §. extra. postula. & c. nullus religiosus. §. c. de Abbatibus. de elec. in 6.